

10388/P

DISSERTATIO MEDICA,

DE

BENZOË,

* * * *

QVAM

VENIA EXP. ORD. MED. UPS.

PRÆSIDE

CAROL. PET.
THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,

MEDIC. DOCT. PROFESS. MED. ET BOTAN. REG. ET ORD., ACAD. CÆSAR.
NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LONDINENS. HOLMIENS. SOCIET. SCIENT. UPSAL.
PHILADELPH. PATR. HOLM. BEROL. NAT. SCRUT. HANNIENS. HIST. NAT. LUNDENS.
HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS. HALENS. NAT. SCRUT. LINN. LONDIN.
MEDIC. EDIMBURG. ET NAT. STUDIOS. IBID. MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS.
MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. FLORENTIN. ET BATAVIN.
IND. OR. CORRESPOND.

PRO GRADU DOCTORIS

MODESTE SUBJICIT

Jonas Nicot, Ald.

Stipend. Piper. Helsingus,

IN AUDIT. BOTANIC. D. 22 MAJI 1793.

HORIS A. ET P. MERIDIEM SOLITIS

UPSALIÆ,

LITTERIS VIDUÆ DIRECT. JOH. EDMAN.

COMMUNISTERN

UTI ARBRÅ OCH UNDERSVIKS FÖRSAMLINGAR,

HERR PETER AHL,

SAMT

FRU ELISABETT AHL,

FÖDD GRÖNLUND,

MINE HULDASTE FÖRÄLDRAR!

EDER öma vård och omsorg har jag at tacka för danandet af min barndom; EDER oafbrutna kärlek, och upmuntran hafva verkat fortsättningen af mina Studier. Om jag äger en känsla, som kan ömma för lidande likar, och vara verksam til deras hjelp, så är det af EDER, jag både ärft och insupit den samma. Åt hvem skulle jag då håldre offra Desse Blad? Emottagen dem som et prof af den vördnad och kärlek, hvarmed jag outhörligt framhårdar

EDER



lydigste son

JONAS NICLAS AHL.



DE BENZOË.

Tanta fuit diu, &, quod dolendum, adhuc exstat incertitudo, unde desumantur quædam in Pharmacopolia nostra introductæ materiæ, usui inservientes salutifero, ut a longo retro tempore pluribus harum usi fuerint medici, veram earum originem & quandoque Patriam licet omnino ignorantes. Hæc fata fuerunt in primis succorum vegetabilium; sic incerti adhuc sunt originis *Ammoniacum*, *Caranna*, *Myrrha*, *Bdellium*, *Sagapenum*, *Copal*, cet. & dubii pleræque *Myrobalani* species, *Agallochum* atque aliæ. Hæc inter relata merito fuit resina *Benzoës*, quam nonnulli, a) a *Crotonis* quædam specie, *benzoë* dicta desumi, sibi, licet falso persuaserunt, alii cum Illustri *Schrebero*, b) a *Terminalia benzoïna* exstillari crediderunt, alii demum a *Lauri* specie, cui *benzoë* nomen est, ortam venditarunt.

Operæ vero indefessæ & sagacitati Cel. DRYANDRI, popularis honoratissimi & Bibliothecarii Societ. Reg. Scient.

A 2

Lon-

a) *Linn. Mant. p. 297 — Berg. Mat. med. p. 760.*

b) *Mater. Med. Linn. p. 265.*

Londinens. debemus, quod certo jam sciamus, *Styracis* esse novam speciem, quæ hanc profert resinam. Suspiciatus quidem fuit Nobilis RADERMACHER, in Act. Societ. Batav. Tom. 3. p. 44. diversam esse Benzoinam arborem a *Lauro Benzoë* LINNÆI; sed rem ad liquidum non perduxit. Illustr. vero Botanicus D:r DRYANDER, in Transaction. Anglic. vol. 77. edidit *Description of the Benjamin Tree of Sumatra*, appellavitque ignotam antea hanc arborem, *Styracem benzoë*: foliis oblongis acuminatis subtus tomentosis, racemis compositis longitudine foliorum; adjuncto simul icone rami floriferi. Hinc inde liquet, summam esse hujus resinæ odoriferæ affinitatem cum *Storace calamita*. *Crescit* hæc arbor in Insulis Java & Borneo, in regno Siam, inque Sumatra in primis, ubi etiam cultura propagatur & adaugetur.

Arbor grandis ligno cinereo-rufescente, per fissuras corticis rufo fuscescentis resinam fragilem rubescentem, granis interdum immixtis pellucidis, exstillat, ut ex frustis a Cel. Præside allatis videre licet.

Resina ipsa in Pharmacopoliis nostris occurrit rubro fusca, & quandoque, dum purior, subpellucida, fragilis, graveolens, odore aliquantum grato, sapore dulci. *Ignem* facile liquefcit, spumescit & suaviter irritante odore fumat, accenditur & flagrat. *Aqua* parum, non omnino, solubilis, odorem balsamicum saporemque gratum illi communicat, destillata, illam limpidam, odorem magisque sapidam reddit. *Spiritu* vini autem soluta, tincturam reddit luteo-rubicundam, quæ, aqua frigida mixta, lactescit & *Lac Virginis* audit. *Sublimatione* sal surgit, quem primo excipit oleum empyreumaticum tenue & flavicans, deinde massa butyracea sale imbuta. Hæc massa, *Flores Benzoës dicta*, seu *Sal Benzoës essentialis*,
cry-

crystallos format tenues, leves, prismaticas, quæ purificatæ albissimæ evadunt.

Inter resinas, Benzoë, ob salem acidum, quem continet, insignem occupat locum; in certis balsamis natis, *Tolutano* scilicet & *Peruviano*, in *Storace*, in *Epidendri vanillæ siliquis*, in oleis æthereis crystallos ponentibus, ut in oleo præsertim *Petroselino*, salem ejusmodi repertum affirmatur; quid? quod, in lacte & urina hocce acidum continetur; nullibi autem magis purum & abundans quam in *Asfa dulci* seu resina benzoës. Ex hac resina, variis modis chemice tractata, acidum Benzoës secernitur, vel sublimatione, ut olim in usu fuit, vel satius solutione & coctione cum aqua calcis, præcipitando cum acido salis, ut nunc temporis præparandi modus in Pharmacopœa, experimentis convenienter Scheeleanis, præscribitur. Hicce præparandi modus sine dubio aliis etiam præferri debet, cum e quacumque resinæ libra, XII ad XIV drachmæ acidi puri obtineantur.

Proprietates communes huic acido sunt cum omnibus aliis acidis, ut, commutandi succi Heliotropii colorem, cum creta effervescenti & sic porro, possidet tamen proprios, ab aliorum acidorum differentes characteres; sunt illi qui sequuntur:

1:0 Odorem resinæ benzoës & saporem magis dulcem quam ingratis acidum prodit.

2:0 Aqua tam difficile solvitur, ut 24 partes aquæ fervidæ & 500 partes frigidæ, ad solvendam unam tantum partem requirantur.

3:0 Solutione in aqua facta & evaporatione, crystal-

stallos ponit prismaticas & tenues, quæ, chemice, cum alkali, terris & metallis junctæ, differentes porrigunt sales.

4:0 Spiritu vini facilius quam aqua solvitur, & accedente acido salis, *Ætherem* præbet *benzoinum*.

5:0 Igne aperto accenditur hic sal, flagrat, odorem spargit gratum & totus quantus avolat; sed vasis clausis sublimando crySTALLIFATUR, nomine *Florum benzoës*, sine residuo quodam carbonaceo.

6:0 In acido nitri coctum, acidum benzoës odorem spargit odori amygdali amari simillimum. In liquidum jam abit; sed in acetum non mutatur, nec præbet se esse compositum ex acido tartari, phosphori & materia carbonacea; sed si ita esset, hoc tamen nihil impedit, quominus sal benzoës sit acidum sui generis & pars resinæ constitutiva; ad cetera ejusdem principia quod attinet, eadem fere sunt ac in aliis resinis, quum destillando eadem dent producta.

Vires hujus resinæ, ut antiquorum retineamus loquendi rationem, nervinæ sunt, balsamicæ & expectorantes; flores autem acidi, oleo resinæ simul imprægnati, in primis stimulantur & resolventes.

Ufus hujus remedii internus rarior est; externus vero magis frequens occurrit. *Externe* ad omnia facile suffimigia, quandoque in Templis ad gratum excitandum odorem; in Nosocomiis ad corrigendum aërem, in quo casu, fumus resinæ hujus acidus, præ aliis suffimigiis sese commendat & odore grato, & alkalinos putridosque vapores saturando, aërem reddit puriorem; ad fuganda insecta; & in morboſis c) quibusdam adfectionibus externis

re-

c) Monros Works p. 577 in Pneumatocele fumus panno laneo exceptus & applicatus laudatur.

recipitur. Unguentis interdum, grati odoris conciliandi gratia addi solet. *Lac virginis*, usu cosmetico & in rubore faciei, non tam raro adhibetur, nitorem ac molliem cuti concilians, uti & eodem Scopo Tinctura Würtembergensium. Sternutationem excitant flores benzoini, vel odorati, vel si saccharo triti atque aqua solutinaribus excipiantur. — *Interne* in morbis pectoris laudatur variis sub formis. In affectionibus pectoris sine febre antiquitus fuit commendata, ut in tussi inveterata, asthma, obstructionibus pulmonum, etiam in pituitosa humorum diatesi & hysteria, non sine fructu, Flores præscribunt Medici; nec non in vitiis pectoris chronicis Essentia Simplex propinata fuit.

Flores benzoës plerumque a gr. III. ad XV præscribi solent, vel forma pulveris admixto saccharo, vel vitello ovi aliove liquido soluti.

Essentia Simplex a gtt. X. ad XX.

Compositiones varias ingreditur Benzoë, quarum præcipuæ nominari merentur:

Balsamum traumaticum. Edinb. & Lond.

Pilulæ pectorales. Edinb.

Elixir paregoricum. Lond. & Svec.

Massa pro fornace. Würtemb.



TILL HERR LICENTIATEN.

Förtjenstens Söner någon gång
ur mörkret, segrande, sig höja:
och gå i den *Triumph* de röja,
at kalla Skalden och en Sång.

Min Vän! at Dig en fådan gifva,
jag ej mitt hjerta fråga vill —
Det skulle svara *ja* dertill;
men *Snillet* helt förvånadt blifva.

Den flock en lindrad plåga kânt,
ett lof Dig ger, som ej misstänkes:
det Rökverk, som af Skalden skänkes
är oftast utaf tvånget tändt.

Behof och brist, som ofta leda
till stora straff för större brott,
hos Dig sin rätta styrsel fått
at mod och seger Dig bereda.

Gläds! at på grafvens brådd en Far
vålsignad ser den bön Han gjutit!
Hvad i en värdig Son Han njutit,
at Dig Försynen en gång spar.